



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XLIX. Quid, & Quotuplex est iustificatio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

nōn educatur è potentia materiæ, creari debet: quod solus est Dei. Aug. in Psal. 118. *Quis facit in homine iustitiam, nisi qui iustificat impium?* Homo iustus autem potest acceptam iustitiam

exercere, cum vult, cum Gratia Adiuvante; noua excitante nil opus ordinariè, nam in arduis planè opus specialis est.

III. DE IUSTIFICATIONE.

De hac quinque: 1. De Iustificationis quidditate: 2. De Iustitia Inherente. 3. De Naturalis iustitia Qualitate. 4. Operibus: 5. Et Meritis.

QVÆSTIO XLIX.

Quid est Quotuplex est Iustificatio?

IUSTIFICATIO est trāslatio hominis à statu peccati, ad statum gratiæ. Vel, Nō, est sola peccatorum remissio; sed & Sanctificatio seu Renouatio interioris hominis, per voluntariam susceptionem gratiæ & donorum. Vnde bipartita est; Remissio peccati & Infusio gratiæ: Estque duplex: Prima habitualis, ex impio faciens iustum: Secunda actualis, ex iusto iustiore. Ita S. Aug. Con. 26. in Psal. 118. De hac hinc.

II. Acceptio Iustificationis in Scriptura est quadruplex: vt significet
1. Declarare iustum: vt Prou. 7. *Iustificat impium, & condemnat iustum.* Hanc propriam solam esse contendunt Luthero-calvinistæ.

2. Præcipere Lege iustitiam: Psa. *Iustificationes tuas custodiam.*

3. Acquirere iustitiam: vt Rom. *Iustificati gratis;*

4. Augere iustitiam. Eccl. 18. *Ab ure caris usque ad mortem iustificari.*

III. Iustificationis causa est quadruplex: Finis, Efficiens, Materia, Forma.

Finalis, 1. *Principalis*, Deus: 2. *Minus principalis*, Gloria Christi, & hominum beatitudo.
Efficiens, 1. *Primaria*, Misericordia Dei: 2. *Meritoria*, ex condignitate Christi passio: 3. *Instrumentalis*, coniuncta Christi Humanitas: 4. *Separata*, est Scriptura.
Materialis, 1. *Subiectiua* est Anima humana: 2. *Dispositiua*, Voluntas.
Formalis, 1. *Intrinseca* est habitus gratiæ: 2. *Extrinseca*, vel, *Exemplaris* est Christi iustitia: 3. *Formalis in actu*, sunt opera bona.

QVÆ